Vs q omnipotentia.

Pateant aures misericordie tue
domine precibus supplicantium. et ut
petentibus desiderata concedas.
fac eos que tibi placita sunt postu
lare. Per. Lectio epistole ad Corinthios.

Fratres: Scitis quoniam cum gentes
essetis: ad simulacra mu
ta prout ducebamini euntes. Ideo
notum vobis facio: quod nemo in
spiritu dei loquens dicit anathema
ihesu. Et nemo potest dicere dominus
ihesus: nisi in spiritu sancto. Divisiones
vero gratiarum sunt idem autem spiritus. Et
divisiones operationum sunt: idem
vero deus qui operatur omnia in omnibus;
Unicuique autem datur manifestatio spiritus:
ad utilitatem. Alii quidem per spiritum datur
sermo sapientie. alii autem sermo sci
entie. secundum eundem spiritum. Alteri
fides in eodem spiritu. Alii gratia sanita
tum: in uno spiritu. Alii operatio virtu
tum. alii prophecia. alii discretio spi
rituum. alii genera linguarum: alii
interpretatio sermonum. Hec autem
omnia operatur unus atque idem
spiritus dividens singulis prout vult.

Gr. Custodi me domi
ne ut pupillam oculi
sub umbra ala rum
tu a rum protege
me. V. De vultu
tu o iudicium me
um prodeat oculi tu
i vi deant equi
ta tes. Alleluia
Exulta
te deo adiutori nostro
iubilate deo iacob. Lucam.

In illo tempore: Cum appropinquaret
ihesus ierusalem: videns civitatem: flevit
super illam dicens. Quia si cognovis
ses et tu. et quidem in hac die tua
que ad pacem tibi: nunc autem
abscondita sunt ab oculis tuis.
Quia venient dies in te. et circum
dabunt te inimici tui vallo: et
circumdabunt te et angustabunt
te undique: et ad terram prosternent te

et filios tuos qui in te sunt. Et
non relinquent in te lapidem
super lapidem: eo quod non cognoue-
ris tempus uisitationis tue.
Et ingressus in templum: cepit
eicere uendentes in templo. et
ementes dicens illis Scriptum est:
quia domus mea domus orationis
est. Uos autem fecistis illam speluncam
latronum. Et erat docens cotidie in
templo.

Off. Ad te domi ne levavi
a nimam meam deus meus in te
confi do non erubescam neque irride-
ant me inimici mei etenim
universi qui te expectant non con[funden]tur.

Secre. Concede nobis hec [fiat dicatur] domine quesumus: frequentare misteria.
quia quotiens huius hostie commemo-
ratio celebratur: opus nostre redemptionis
exercetur. Per dominum nostrum. Co.

Acceptabis sacrificium iusticie
oblationes et holocausta super altare
tu um domi ne. Post co.

Tui nos domine commemoratio sa-
cramenti. et purificationem
conferat. et tribuat unitatem. Per.

Deus in loco sancto Dom. xi.
suo deus qui inhabitare facit unanimes
in domo ipse dabit virtutem et fortitudi-
nem plebi sue. Exurgat deus. euouae.

(ops semper)
Deus qui omnipotentiam tuam
parcendo maxime et miserando
manifestas: multiplica super nos gratiam
tuam. ut ad tua promissa currentes:
celestium bonorum facias esse consortes. Per.

Fratres: Notum ad Romanos.
vobis facio evangelium quod
predicavi vobis. quod et accepistis in
quo et statis per quod et salvamini.
Qua ratione predicaverim vobis:
si tenetis nisi frustra credidi-
stis. Tradidi enim vobis in primis
quod et accepi: quoniam christus mortuus est
pro peccatis nostris secundum scripturas.
Et quia visus est cephe: et post hec
undecim. Deinde visus est plus quam
quingentis fratribus simul: ex quibus

Considerate lilia agri quomodo crescunt. non laborant neque nent. Dico autem vobis. quoniam nec salomon in omni gloria sua coopertus est. sicut unum ex istis. Si autem fenum agri quod hodie est. et cras in clibanum mittitur. deus sic vestit: quanto magis vos minime fidei. Nolite solliciti esse dicentes quid manducabimus. aut quid bibemus. aut quo operiemur: Hec autem omnia: gentes inquirunt. Scit enim pater vester celestis quia his omnibus indigetis. Querite ergo primum regnum dei et iusticiam eius. et hec omnia adicientur vobis. Off.

Expectans expectavi dominum et respexit me et exaudivit deprecationem meam et immisit in os meum canticum novum hymnum deo nostro.

Concede nobis domine Secreta ut hec hostia salutaris et nostrorum fiat purgatio delictorum et tue propitiatio potestatis. per. Co. Qui manducat carnem meam et bibit sanguinem meum in me manet et ego in eo dicit dominus.

Perficiant in nobis domine quesumus tua sacramenta quod continent: et ad perpetuam perducant salvationis effectum. Per. Fer. iiii.

Lc. ad colosenses.

Fratres Gratias agentes deo et patri qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine qui eripuit nos de potestate tenebrarum. et transtulit in regnum filii dilectionis sue: in quo habemus redemptionem in remissionem peccatorum. qui est ymago dei invisibilis primogenitus omnis creature quoniam in ipso condita sunt universa in celis et in terra. visibilia et invisibilia sive throni. sive dominationes. sive principatus. sive potestates. omnia per ipsum et in ipso creata sunt. et ipse est ante omnes. et omnia in ipso constant. et ipse est caput corporis ecclesie. qui est principium primogenitus ex mortuis ut sit in omnibus ipse primatum tenens. Ihesum christum dominum nostrum. Alleluia.

Qui fidelis est in minimo. Re[illegible]

[illegible]

M[illegible] domine quoniam ad te clamavi tota die: quia tu domine suavis ac mitis es copiosus in misericordia omnibus invocantibus te.

Alleluia [illegible]. euouae.

Familiam tuam quesumus domine continuata miseratione custodi: ut que sine te non potest salva consistere, tuo semper munere gubernetur. Per. Ad ephesios.

Fratres: Obsecro vos ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis: que est gloria vestra. Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem domini nostri ihesu christi, ex quo omnis paternitas in celis et in terra nominatur, ut det vobis secundum divitias glorie sue virtutem corroborari per spiritum eius in interiorem hominem, habitare christum per fidem in cordibus vestris. In caritate radicati et fundati, ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis que sit latitudo et longitudo et sublimitas et profundum. Scire etiam supereminentem scientie caritatem christi: ut impleamini in omnem plenitudinem dei. Ei autem qui potens est omnia facere superhabundanter quam petimus aut intelligimus, secundum virtutem que operatur in nobis. Ipsi gloria in ecclesia et in christo ihesu. In omnes generationes seculi seculorum amen.

Gr. Timebunt gentes nomen tuum domine et omnes reges terre gloriam tuam.

V. Quoniam edificavit dominus Syon et videbitur in maiestate sua.

Alleluia.

V. Paratum cor meum deus paratum cor meum cantabo